



8  
255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES  
EX TIT. FF. ET  
C. DE ACTIONE AD EX-  
HIBENDVM.

QVAS DEI OMNIPOTENTIS AVXILIO,  
PRAESIDIO VERO CLARISSIMORVM CONSVL-  
tissimorumque virorum D. Iohannis Michaëlis Cro-  
nenburgeri, & D. Ioannis Hollandt, SS. LL. Licent. Di-  
ctatoris & Fisci, in celeberrimo iuridicæ facultatis Aca-  
demix Colonienfis Collegio, pro laudabili & recepta  
consuetudine publicè disputandas proponit  
ac defendet.

THEODORVS zum Cande  
MONASTERIENSIS.

Anno CI<sup>o</sup>, ID. LXXXI. XXIII. Nouemb.



COLONIAE AGRIPPINAE Hh  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

## CONTINUATIO.

**A**bsolutis ijs actionibus, ob quas Actio ad exhibendum maxime inuenta est, recte tanquam effectus sua caussa subijcitur: id q̄, eò opportunius cum sit atim mistis actionibus, à quarum natura non multum abest, annectatur.

glo. in rubr. Cuius. in parat. h. t.

## THESIS I.

**A**ctio ad exhibendum est personalis in rem scripta, (a) Ciuilis, (b) stricti iuris arbitraria, (c) ei, cuius interest, (d) aduersus quemcunque copiam rei mobilis habentem, (e) vt eius vidēda apprehendendaq̄, publicè potest atē faciat competens, (f) quo sibi experiundi potestas fiat. (g)

(a) l. 3. §. est autem personalis & §. fin. l. de eo §. fin. h. t. VVef. in parat. num. 2. Dd. in §. præterea Instit. de actio. (b) Per com. reg. ex l. 2. §. deinde ex his legib. 6 de orig. iur. Quæ actiones non inueniuntur à prætoribus introductæ pro ciuilibus habentur. Oldend. class. 3. act. 1. (c) §. præterea Instit. de act. (d) d. l. 3. §. sciendum 9. (e) l. ad rem mobilem §. 6. de proc. Res immobiles enim latere nequeunt sed seipsas exhibent l. meminimus §. sed vbi C. quand. & quib. quar. pars (f) l. 2. h. t. l. 3. §. quid sit de tab. exhib. (g) d. l. 2.

### II.

Prouenit enim ex quasi contractu, (a) in naturali equitate fundato, qua maxime rationabile est, vt ad rem agere volenti, eam qui habet producat indicet q̄, quod Actori valde potest esse commodum, exhibenti verò minimè damnosum. (b)

(a) glo. in d. l. 3. §. est autem personalis in princ. argum. Instit. de oblig. quæ ex q. contr. in princ. Ias. in §. omnium nu. 6. Inst. de act. Mynf. & alij in §. præterea Inst. de act. VVef. in parat. nu. 2. Oldend. class. 3. act. 1. (b) l. 2. §. Item Varus de aq. & aq. plu Cicero lib. 1. off.

### III.

Datur verò in rem acturo qualicunque actione, etiam pignoratitia Seruiana aut hypothecaria. Sed etsi quis vsumfructum petiturus, aut interdico vtrobi vel precario petiturus seruum, remq̄, exhiberi desideret, aut noxali iudicio experturus familiam postulet representari, vt recensioe seruorum facta noxiū recognoscatur, audietur. (a) Imò etsi quis actionem ad rem non habeat, tamen hoc iudicio ad actionem quarendam vt potest, vt si quis ex multis rebus, quarum optio ipsi legata est, aliquam optaturus sit. (b)

(a) d. l. 3. §. est autem personalis cum §§. seqq. l. vlt. ff. l. 2. C. h. t. VVef. in parat. ff. nu. 3. Azo nu. 3. C. h. t. Mynf. in §. præterea nu. 49. Inst. de act. (b) d. l. 3. §. item si optare, §. plus dicit.

### IIII.

Est enim actio preparatoria, (a) qua non solum ad reales petitiones, (b) licet illarum gratia vt plurimum adhibeatur, (c) sed etiam personales condiciones via munitur, (d) nec minus ipsi cuius quomodocunque saltem rationabili causa interfit, quam vel dominum vel ius aliquod in re prætendenti accommodatur. (e)

(a) arg.

(a) arg. l. 3. in prin. de lib. exhib. (b) l. 1. C. h. t. (c) l. 1. ff. h. t. Old. d. 10. (d) l. 3. in princ. & §. sciendum 9. h. t. Ias. in §. præterea nu. 42. Inst. de act. (e) d. l. 3. in princ. & §. est autem personalis §. sciendum 9.

### V.

Proinde iudicis officium erit proposita actione summam (a) cognoscere, an agentis intersit id est an probabilem agendi causam habeat, (b) ob quam rei exhibitionem desideret, ad hoc signa & argumenta rei petita ab eo, (c) si modo verisimiliter ea scire possit alias non, (d) explorare: inde ad interrogationes (quas non minus utiliter in exhibitorio, quam rei venditionis petitorio iudicio fieri rectè Rosfredus tradidit) (e) contra Reum procedere, (f) atque ita exhibitionem mandare vel denegare si nihil intersit. (g)

(a) d. l. 3. §. sciendum, & ibi glo. argum. l. 1. C. ut in poss. lega. Est enim iudicium summarium quoad cognitionem non quoad iudicij ordinem, Castr. in rubr. C. h. t. per l. tigni, §. si quis h. t. Bald. in d. l. 3. §. sciendum, contra Costal. in d. §. sciendum. (b) d. l. 3. §. sciendum, §. si mecum, l. penult. h. t. Zaf. in para. nu. 5. (c) d. l. 3. in princ. (d) Ias. in d. §. præterea nu. 43. Inst. de act. per d. l. 3. §. si quis noxali, (e) ut eum refert, Oldend. clas. 3. act. 1. Mynsin. in d. §. præterea nu. 59. (f) l. qui petitorio 36. de rei vend. l. ubicunque de inter. act. (g) d. l. 3. §. sciendum, §. si mecum.

### VI.

Exceptiones etiam à Reo petitori obiectas estimabit, & si qua evidens & iusta fuerit possessorem absoluet: sin obscurior & altioris questionis in subsequens iudicium eam rejiciet re interim exhiberi iussa. (a) De quibusdam tamen exceptionibus omnimodo disceptabit, qui de ad exhibendum actione iudicat, veluti pacti conueni, doli mali, iurisiurandi, rei iudicata. (b)

(a) l. si ille à quo 13. §. si de testamento vbi Castr. ad Trebell. l. si is à quo ut in poss. lega. l. 3. §. causæ cognitio de Carbo. edicto. (b) l. 3. §. ibidem h. t. qui tex. nō est alibi in toto corpore. Inde tamen Costal. male infert exceptiones litis finitæ indistinctè ante litem contestatam examinandas. Bald. in d. §. ibidem & l. nam posteaquam in fine principij de iurisiuran.

### VII.

Nec verò sufficit quouis modo interesse, ut ex proprio affectu, cognationis aut benevolentia gratia, sed pecunarium vel peculiare interesse requiritur. Si quis igitur liberum hominem ab alio sibi in publicum producti cupiat, interdicto de lib. hom. exhib. opus habet. (a)

(a) l. si liber homo glo. in l. de eo in princ. l. penult. h. t. toto tit. de lib. h. exhib.

### VIII.

Consequenter illud adiungi potest, an hoc interdictum eo extendatur, ut ad debitorem vel decoctorem in alienis aedibus latitantem exhibendum contra inhabitantem creditori concedatur, & non concedi lege cautum est. (a)

(a) l. fin. §. fin. de lib. ho. exhib. Quem Ias. in d. §. præterea nu. 49. solennem & bene notandum monet.

### IX.

Interesse autem debet & litis contestationis & sententiæ tempore, quod si vel altero cesset,

cesset, iudicium non procedit. (a)

(a) l. non potest videri, cum ibi not. de iudic. l. tigni §. fin. h. t.

X.

Quin etiam plures eiusdem rei nomine, si diuersa ratione intersit, rectè ad exhibendum agere possunt: (a) & vnus sapius noua caussa, tam à rei quam sua persona interueniente, non obstante rei iudic. exceptione hanc actionem repetet. (b)

(a) l. 3. §. Pomponius h. t. (b) l. de eo §. sapius, l. neque & ibi glo. Castr. Saly. C. h. t. l. si à te hæreditatem 9. l. si mater §. eandem, l. si rem meam, l. si quis ad exhibendum de excep. rei iud. l. procurator 8. Ra. rem hab.

XI.

Quid si quis ex caussa antiqua, nec tamen in prius iudicium deducta rursus ad exhibendum experiri velit? Et si ex dominio egit, caussamq; specialem libello inseruit, admititur, (a) secus exceptione rei iud. repellitur, etiam in ijs causis, quas in processu non est profecutus: (b) si ratione obligationis vel alius interesse hanc actionem mouit indistinctè sententia ad caussam quam profecutus est restringitur, in eaq; sola vires habent. (c)

(a) l. si mater 11. §. si quis 2. de excep. rei iud. (b) d. l. si mater, §. denique 1. §. itaque 5. (c) l. & an eadem 14. §. actiones & ibi Dd. de excep. rei iud. l. neque, & ibi glo. & Dd. C. h. t. l. Au relius 28. §. fin. & ibi glo. de lib. lega.

XII.

Summaria & leuis probatio, quæ iudicis animum ad presumendum inducat, hic sufficit, quæ & solo iuramento expediri potest, nisi magnum vertatur præiudicium, tum enim iudex plenas probationes exiget, neque iuramentum deferet, nisi adminiculo semiplenæ probationis adiuetur. (a) Quo casu nec appellatio denegabitur, cui alias, cum de modico præiudicio agatur, non est locus. (b)

(a) argum. l. 3. §. caussæ de Carb. ed. l. 1. §. si ea 14. de vent. in pos. mit. l. thesaurus, & ibi Bald. h. t. l. in §. præterea nu. 52. Inst. de act. Bart. & Castr. in l. 1. §. fin. de præto. stip. Mar. in spec. au. par. 4. dist. 9. num. 46. Quando agatur de magno præiudicio, vide thesin 26. (b) Spec. in tit. de appel. §. in quibus ver. sed nunquid in actione, argumento, l. vnicæ, & ibi Bald. & Dd. C. si de mom. pos. Mar. d. lo. nu. 44.

XIII.

Per illam verò leuem actoris probationem, summariamq; iudicis cognitionem præiudicium veritati in directo iudicio non fieri manifesti iuris est. (a)

(a) l. 1. C. h. t. l. à Diuo Pio 15. §. si super rebus 4. ibique Dd. de re iud. l. si quis à liberis §. meminisse de lib. agnos. l. si iudex 10. de ijs qui sunt sui vel al. iur.

XIV.

Singulariter verò hic illud notandum venit, hanc actionem ad rationes vel instrumenta exhibenda non dari præterquam domino, (a) vnde solus hæres ad exhibendas tabulas vltimæ voluntatis agit hoc iudicio: (b) Quòd si alio modo intersit copiam instrumentorum fieri superest edictum Prætoris de edendo, (c) actiones ex contractu, (d) interdictum de tab. exhib. (e) aliaq; remedia. (f)

(a) l. 3. §. interdum ibique glo. Bart. Bald. h. t. l. locum, §. si ipse testator de tab. exhib. l. solutione ff. l. vlt. l. instrumenta & ibi Cy. C. h. t. Saly. in l. 1. num. 8. C. de eden. VVcfemb. in parat.

parat. num. 3. vbi etiam rationem reddunt, Zas. in parat. nu. 4. (b) l. 3. §. si quis extra, & ibi glo. h. t. (c) toto t. de eden. (d) l. quædam in princ. de eden. l. Titius hæres 50 de act. empt. (e) toto t. de tab. exhib. facit l. 1. & 2. ibique Bart. Quemad. testa. aper. (f) Quæ persequitur glo. & Bart. ordinate & plenè in d. l. quædam num. 3. Oldend. class. 3. act. 1. V Vefemb. in parat. ff. & C. de eden.

### XV.

*Obstringitur autem hac actione possessor quilibet, quiq; dolo possidere desit, (a) siue naturaliter & ciuilitur simul, siue naturaliter, siue ciuilitur tantum incumbat possessioni, (b) dummodo facultatem rei restituendæ habeat, alias enim cautio sufficit, (c) inò contra detentatorem nudumq; rei custodem, omnemq; etiam, qui facultatem rei proferenda habeat, hoc iudicium rectè intenditur. (d)*

(a) l. si vir h. t. l. parem 192. cum similibus de reg. iur. (b) d. l. 3. §. fin. cū ll. seqq. (c) l. Celsus, §. fin. l. de eo §. si iusta h. t. §. si ad exhibendum Inst. de off. iud. (d) l. Celsus in princ. h. t. l. officium 9. de rei vend.

### XVI.

*Neque heredi neque in heredem (quatenus heredes sunt) hac actio datur. Suo enim nomine illi, si interest, in hunc, si possidet, hac actio competit. (a) Planè ex dolo malo defuncti hæres hoc iudicio conuenitur, si locupletior hereditas ex tali re facta sit. puta quod pretium rei sit consecutus. (b)*

(a) l. 2. §. fin. & ibi Dd. de præto. stip. l. si ad exhibendum h. t. (b) l. de eo §. fin. h. t. argum. l. cum autem 52. de rei vend. l. si rem & pretium in fin. de petit. hæred. l. in hæredem de calum. l. si ipsa & ibi additio ad Bald. de eo quod met. cau. l. in hæredem 27. de dolo. l. illud §. hæc actio cum ll. seqq. de tribut. act.

### XVII.

*Vsq; aded possessio vel detentio rei est fundamentum huius actionis à parte litigatoris conuenti, vt si quis non possideret litis contestatæ tempore, postea autem ante sententiam possidere cepit, condemnandus sit, nisi restituat: contra si quis cum iudicij accepti tempore possideret, postea sine dolo malo possidere desierit absoluitur. (a)*

(a) l. quæsitum 30. in princ. de pecul. l. fin. autem 28. §. 1. & ibi Bald. de rei vend. l. tigni, §. si quis h. t. V Vef. in parat.

### XVIII.

*Si igitur post iudicium acceptum res exhibenda sine dolo malo & culpa possessoris pereat, vtrius sit periculum vtiliter queritur? Et bonæ fidei possessor nunquam, mala semper de interitu tenetur, (a) nisi iustam litigandi causam habeat. (b) Quod si bonæ fidei possessor post litem contestatam verè induat malam fidem, interitu rei liberatur, si apud actorem pariter fuisset euenturus (c) In dubio autem pro reo presumitur rem scilicet apud actorem similiter fuisse perituram. (d)*

(a) l. illud 43. & ibi. Castr. de petit. hæred. In his terminis accipimus §. si post iudicium, l. de eo h. t. cum Nico. Bello. lib. 4. supput. iur. ca. 8. Old. class. 3. act. 1. contra Costal. ibidem & alios. (b) l. si quis solutioni 24. de vltur. l. qui sine dolo 63. de reg. iur. licet Bald. contra in d. §. si post iudicium. (c) litem si verberatum 15. §. fin. cum gl. com. approbata, Bart. & l. seq. de rei

de rei vend. Costal. contra in d. §. si post iudicium. (d) Castr. in l. quod te §. num. 10. si certa  
pera. Ibiq; Dd. communiter de hac materia.

### XIX.

Exhibere autem in hac actione est ita eiusdem rei praesentiam praestare, ut videri ap-  
prehendi, vendicariq; possit, ut quis copiam rei habens possit exequi actione, quam desti-  
navit, in nullo causa quam intendit laesa. (a)

(a) l. 3. §. ait Praetor de lib. ho. exhib. l. locum §. quid sit de tab. exhib. l. fin. de verb. sign. l.  
2. l. Iulianus §. quantum h. t.

### XX.

Proinde si alij materiae res adiuncta fuerit etiam bona fide, veluti gemma inclusa au-  
ro, sigillum candelabro, emblemata adiecta phialae, rota aptata vehiculo, tabula armario,  
purpura consarcinata vestimento, ansa per applumbaturam iniuncta scypho, brachium  
statuae, in hoc exhibitio à iudice decernenda erit ut res excludatur & separetur, atque ita  
vendicationi locus fiat, (a) excepto tigno alieno adibus iuncto, quod si bona fide factum sit,  
cessat ad exhibendum actio & succedit de tigno iniuncto ad duplum: si mala ad exhiben-  
dum actio cum alijs ad pretium non ad dissolutionem edificiorum concurrat. (b)

(a) l. gemma & ibi Bald. l. tigni h. t. l. in rem 24. §. item quaecunque de rei vend. Dd. in §.  
si tamen alienam Inst. de rer. diuis. V Vef. in para. num. 7. (b) d. l. gemma. & §. cum in suo  
solo & ibi Schneid. num. 4. ibique additio ex Cuias. Inst. de rer. diuis. l. in rem 23. §. tignum  
de rei vend. contra Bart. in l. de tig. ini. V Vef. & Myns. in d. §. cum in suo.

### XXI.

Item si quis ex vuis meis mustum fecerit, ex oliuis oleum, ex lana vestimenta, cum sci-  
ret haec aliena esse, ad exhibendum actione tenebitur, quia hoc casu quoad ex re nostra fit,  
nostrum esse ex Sabinianorum sententia verius est. (a)

(a) l. de eo §. si quis ex vuis h. t. Qui enim bona fide materiam credens esse suam, suo no-  
mine ex ea speciem novam fecit, dominus eius efficitur, l. idem Pomponius §. idem scri-  
bit. de rei vend. l. adeo 7. §. cum quis ex aliena de acq. rer. dom. §. cum ex aliena ibiq; V Vef.  
semb. nu. 9. Inst. de rer. diuis. Idem in parat. h. t.

### XXII.

Hinc & illud deducitur si mutata forma res exhibeatur, quia res videtur alia, salva  
petitori maneat actio, (a) si corrupta & deteriorata, quia res est eadem & via vendi-  
cationi facta est, hoc iudicio reus liberetur, (b) ad interesse verò vel rei vendicationi, (c)  
vel actioni l. Aquiliae, (d) vel in factum, (e) vel de dolo, (f) pro diuersitate casuum subij-  
citur. Secus in bona fidei iudicijs, in quibus interesse deteriorationis vna & eadem actione  
venit. (g)

(a) l. Iulianus §. si quis rem h. t. l. mulieris 13. §. res abesse cum l. seq. & ibi Alcia. de verb.  
signif. (b) d. §. si quis rem l. si quis hominem ff. l. exhibitionis cum ibi not. C. h. t. (c) d. l. si  
quis hominem, l. non solum 13. de rei vend. (d) d. l. si quis hominem, l. qui tabulas 44. ad l.  
Aquil.



Aquil. (c) d. l. exhibitionis, (f) l. & eleganter 7. §. non solum de dolo. (g) l. 3. §. si reddita cō-  
mod. l. 1. §. si res deposita 16. depos. gl. Bart. Castr. in d. l. exhibitionis. Schneid. in §. actionū  
num. 43. Inst. de act.

### XXIII.

*Ex quibus apparet rem deterioratam recipienti praeiudicium non fieri, quod procedit  
non solum si ignoranter, sed etiam si scienter receperit, quia interesse deteriorationis iure  
actionis venit non officio iudicis, idq; etiam hinc actione diuersa à prima & per se princi-  
pali. (a)*

(a) ut constat ex praeced. thesi argum. l. centum Capuae in ver. neque enim de eo quod  
cer. lo. l. non solum in fi. de rei vend. l. fin. in fi. & ibi Bart. nu. 3. de eo quod cer. lo. Bald. in l.  
2. in prin. & ibi additio. si quis caut. Castr. in l. exhibitionis C. h. t. & l. qui sibi 33. §. 1. de fo-  
lur. tex. opt. in l. qui per collusionem, §. 1. & ibi Costal. de act. emp. Schneid. in d. §. actionū  
nu. 47. contra glo. in l. in hac in ver. liberari de cond. trit. & Costal. in l. 3. commod. Old.  
in clas. in actione commod.

### XXIV.

*Quia autem ius actionis erit illasum, si post litem contestatam rem vsucaptam reus ex-  
hibeat, non videtur exhibuisse, cum actor sua intentione exciderit, ideoque nec absolui de-  
bet, nisi paratus sit repetita die intentionem suscipere. (a)*

(a) l. Iulianus §. quantum §. proinde & ibi Bart. Bald. h. t. Azo nu. 19. C. h. t.

### XXV.

*Ibi autem res exhiberi debet, ubi tempore litis contestatae est, nisi eo loci ubi agitur actor  
suis impensis suoq; periculo rem perferri desideret. Sed si fraudulenter rem in alium lo-  
cum reus transtulerit illic exhibebit suo sumptu & periculo, ubi agitur. (a) Cibaria verò  
curasq; animalium & seruorum possessor agnoscet, sed ea quae ipse exhibitione non facta  
praestiturus erat. (b)*

(a) l. sed et si hereditas §. quo autem loco h. t. l. si res mobilis 10. cum l. seq. de rei vend.  
(b) d. l. si res mobilis, & l. sed et si hereditas §. 1. & ibi gl. in ver. pacere.

### XXVI.

*Observandum etiam causam, quae fuit iudicij accepti tempore, in hac actione petitori  
restitui, quare & partus fructusq; restituentur, vtilitatumq; ob hoc amissarum, quod res  
vel non exhibetur vel tardius sit exhibita, à iudice habebitur ratio, non quanti res sit, sed  
quanti actoris inter sit. (a) Quamuis enim non de restituendo, sed de exhibendo agatur,  
tamen multis casibus ad restitutionis effectum perueniri certum est. (b)*

(a) l. Iulianus §. quantum, ad fi. h. t. §. si ad exhibendum Inst. de off. iud. (b) l. Celsus §.  
Iulianus cum seqq. §. l. Iulianus §. glans & §. quantum cum ll. seqq. l. de eo §. si post iudicij  
cium & §. fin. l. 3. §. praeterea d. l. Iulianus in princ. ff. l. ad exhibendum & l. vlt. C. h. t. l. quo  
quidem 4. de rei vend. l. in actionibus de in lit. iur. Castr. in rubr. C. h. t. & in l. 1. nu. 2. C. de  
noxal. V. V. esemb. in supplet. ad Schneid. in §. si ad exhibendum Inst. de off. iud. Angel. in  
§. praeterea Inst. de act. Oldend. class. 3. act. 1. Cuia. in para. C. h. t. & de tab. exhib.

An au-

## XXVII.

An autem cum rei vendicatione alijsq; iudicijs hac actio cumulari possit, controuersum fuit, & posse maiori Dd. sententia communiq; iudiciorum vsu rectè receptum est. (a) Nec eò quod litis contestatio in rei vendicatione facta sit cumulatio impediatur licet alio libello nouaq; instantia opus sit. (b)

(a) g'lo. in l. i. ad ver. necessaria h. t. Specul. in tit. de iudi §. fin. gl. in l. qui de inofficioso 20. in ver. exercere in fi. ibique Bart. nu. 4. Bald. 2. de inoff. test. Iaf. in d. §. præterea nu. 26. Casus videtur in l. fin. & ibi gl. & Bald. in ver. reddi C. h. t. (b) argum. l. naturaliter, §. 1. de acq. poss. l. cum fundum, 18. §. ult. de vi & vi ar gl. in l. edita in verb. emendari ibique Cast. num. 11. C. de eden. Zaf. in §. fin. minus num. 21. & Schneid. 20. Inst. de act. contra glo. in l. ult. de tab. exhib.

## XXVIII.

Quòd si reus vel dolo malo exhibere posse deserit, vel contumax negligendo iudicis iussum & interlocutionem rem exhibere noluerit, iudex ex officio, (quod in hac actione præter naturam actionis venit) (a) delato iureiurando, quanti sua interesse rem fuisse exhibitam actor in litem iurauerit, ipsum condemnabit. (b)

(a) Iaf. in §. præterea num. 2. Zaf. 4. Inst. de act. l. in bonæ fidei, & ibi Dd. de eo quod cer. lo. (b) l. 3. §. præterea, l. Celsus §. idem Iulianus ff. l. non ignorabit ibique Cy. & Sich. C. h. t. l. qui restituere 68. de rei vend. l. in actionibus de in lit. iur.

## XXIX.

Ob culpam verò & negligentiam Rei in exhibendo iudici non obtemperantis iudex iuramentum non deferet, sed ex alijs argumentis de veritate damnorum, & utilitatum amissarum cognoscendo æstimabit quanti actoris interfit, tantiq; reum non exhibentem damnabit. (a)

(a) l. videamus in fi. l. in actionibus, §. sed in his, ff. l. 2. & ibi Dd. C. de in lit. iur. l. l. restituere.

## XXX.

Corollarij loco sit in æstimatione rei exhibendæ, siquidem æstimatio fiat secundum affectionem tempus rei iudicandæ: (a) si secundum veritatem quanti fuerit à tempore moræ inspiciendum erit. (b)

(a) Hunc sensum esse putamus, §. in hac l. 3. commod. cum Cast. ibid. nu. 5. (b) l. in hac de condict. tritic. Sedes in l. vinum 22. si cert. pet.

153255

AB: 153255

(X2203998)


K





*De legibus et Traditionibus Ecclesie*





Farbkarte #13


B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

HESES  
 T. FF. ET  
 TIONE AD EX-  
 BENDVM.

NIPOTENTIS AVXILIO,  
 CLARISSIMORVM CONSVL-  
 rum D. Iohannis Michaëlis Cro-  
 nnis Hollandt, SS. LL. Licent. Di-  
 eberrimo iuridicæ facultatis Aca-  
 Collegio, pro laudabili & recepta  
 publicè disputandas proponit  
 ac defendet.

DORVS zum Eande  
 ASTERIENSIS.  
 .LXXXI. XXIII. *Novemb.*



HIAE AGRIPPINAE Hh  
 T PETRVS KESCHIDT.

31

